

Conon: « Mihi, verò, inquit, non est grave, quemvis honorem habere regi; sed vereor ne civitati meae sit opprobrium, si, cum ex ea sim profectus, quæ ceteris gentibus imperare consueverit, potius barbarorum quam illius more fungar. » Itaque, quæ volebat, huic scripta tradidit.

IV. Quibus cognitis, rex tantum auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicaret, et Lacedæmonios bello persequi jusserit, et ei permiserit quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet: sed se suadere, Pharnabazo id negotii daret. Hinc magnis muneribus donatus, ad mare est missus, ut Cypridis et Phœnicibus, ceterisque maritimis civitatibus naves longas imperaret, classemque quæ proximâ æstate mare tueri posset, compararet, dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedæmonii est nuntiatum, non sine curâ rem administrarunt, quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum contenderent. Nam ducem fortem et prudentem regis opibus præfuturum, ac secum dimicatorum videbant: quem neque consilio, neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem; proficiscuntur Pisandro duce. Hos Conon apud Cnidum adortus, magno prælio fugat, multas naves capit, complures deprimit. Quæ victoriâ non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græciâ, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est. Conon cum parte navium in patriam venit: muros dirutos a Lysandro, utrosque, et Piræi et Athenarum, reficiendos curat, pecuniæque quinquaginta talenta, quæ a Pharnabazo acceperat civibus suis donat.

*Honorem habere regi*, honrar al rey. *Imperare*, dar la ley. *More*, observar antes las costumbres y estilo.

IV. *Id arbitrium*, que esta eleccion no le tocaba á él, sino a mismo rey. *Longas*, de guerra. *Imperaret*, mandase apñontar. *Non sine curâ*, no sin solicitud hicieron sus preparativos. *Regis opibus*, fuerzas del rey de Persia. *Hac mente*, en esta inteligencia. *Capit... Deprimit... Apresó... Echó á pique.*

*Quem vellet*. Semejante oficial se llamaba entre los Romanos cuesor, que corria con los gastos y provisiones para la guerra.

*Cnidum*. Cerca de Cnido, ciudad en la punta de la península que forma la Garia, hoy Cabo-Erio.

V. Accidit huic quod ceteris mortalibus, ut inconsiderator in secundâ quam in adversâ esset fortunâ. Nam classe Peloponnesiorum devictâ, cum ultum se injurias patriæ putaret, plura concupivit, quam efficere potuit. Neque tamen ea non pia et probanda fuerunt; quod potius patriæ opes augeri, quam regis, maluit. Nam cum magnam auctoritatem sibi pugna illâ navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset, non solum inter barbaros, sed etiam inter omnes Græciæ civitates, clam dare operam cœpit, ut Ioniam et Æliam restitueret Atheniensibus. Id cum minus diligenter esset celatum, Teribazus, qui Sardibus præerat, Cononem evocavit, simulans ad regem eum se mittere velle magnâ de re. Hujus nuntio parens cum venisset, in vincula coniectus est, in quibus aliquamdiu fuit. Nonnulli eum ad regem abductum, ibique perisse, scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit: illud addubitat, utrum Teribazo sciente, an imprudente, sit factum.

V. *Inconsiderator*, mas imprudente é inconsiderado. *Se ultum esse*, que se habia vengado de los agravios. *Ea*, estos designios. *Constituisset*, habiéndose granjeado. *Id cum minus diligenter*, mas no habiéndose ocultado esto con el mayor cuidado. *Præerat Sardibus*, que era gobernador de Sardis. *Evocavit*, llamó á su presencia. *Hujus nuntio parens*, obediente á esta embajada. *Teribazo sciente*, con noticia de Teribazo, ó no.

Dinon, escribió la historia de Persia, y vivió en tiempo de Artajerles VII.

## TIMOTHEUS.

Cap. I. Timotheus, Cononis filius, Atheniensis. Hic a patre acceptam gloriam nullis auxit virtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus, neque minus civitatis regendæ. Multa hujus sunt præclaræ facta, sed hæc maxime illustria. Olynthios et Byzantios bello subegit: Samum cepit, in quâ oppugnandâ

I. INTERP. *Disertus*, elocuente. (Confirmalo Ciceron, lib. I de los Oficios.) *Impiger*, activo, pronto. *Laboriosus*, aficionado al trabajo. *Civitatis regendæ*, en el gobierno civil. *Olynthios*, los de Olinto (ciudad de Tracia). *In quâ oppugnandâ*, en cuve sitio...



superiore bello Athenienses mille et ducenta talenta consumperant. Hanc ille sine ullâ publicâ impensâ populo restituit. Adversum Cotym bella gessit, ab eoque mille et ducenta talenta prædæ in publicum detulit. Cyzicum obsidione liberavit. Ariobarzani simul cum Agesilao auxilio profectus est: a quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cujus partem domum suam ferre posset. Itaque accepit Erichthonem et Sestum.

II. Idem classi præfectus circumvehens Peloponnesum, Laconicam populatus, classem eorum fugavit. Corcyram sub imperium Atheniensium redegit: sociosque idem adjunxit Epirotas, Athamanas, Chaonas, omnesque eas gentes, quæ mare illud adjacent. Quo facto Lacedæmonii de diutinâ contentione destiterunt, et suâ sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt: pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primum aræ Paci publicæ sint factæ, eique deæ pulvinar sit institutum. Cujus laudis ut memoria maneret, Timotheo publicè statuam in foro posuerunt: qui honos huic uni ante hoc tempus contigit, ut, cum patri populus statuam potuisset, filio quoque daret. Sic

*Superiore*, antecedente. *Id*, esta suma. *Cotym*, Cotis. *In publicum detulit*, puso en el erario real. *Cyzicum*; á Cícico. *Laco*, Agesilao espartano. *Erichthonem et Sestum*, Erichthon y Sesto.

II. *Circumvehens*, costeando (en vez de *circumvectus*). *Laconicam populatus*, habiendo saqueado la Laconia. *Corcyram*, Corfú. *Epirotas*, pueblo del Epiro. *De diutinâ contentione*, del empeño de tan largo tiempo sobre la preeminencia. *Imperii maritimi principatum*, el señorío de los mares. *Constituerunt*, ajustaron. *Tum primum*, que entonces por la primera vez. *Cujus laudis*, de esta gloria. *Patri*, á Conon.

Quæ mare illud adjacent, que están situadas á lo largo de aquel mar. Es expresión algo anticuada, en lugar de *meri illi ó ad mare illud*.

Eique deæ pulvinar sit institutum, y se dispuso lecho para poner la estatua de aquella diosa. *Pulvinaria* eran unos almohadones sagrados que ponían los antiguos

Griegos y Romanos en sus templos sobre unas camas ó lechos para que estuviesen algo incorporadas las estatuas de sus divindades. Estas camas estaban al rededor de una mesa cubierta de exquisitas viandas, que comían los sacerdotes epulones. Entre los Romanos se llamaba *lectisternium* este sacrificio

juxta posita recens filii veterem patris renovavit memoriam.

III. Hic cum esset magno natu, et magistratus gerere desiisset, bello Athenienses undique premi sunt cœpti. Defecerat Samus, descierat Hellespontus; Philippus jam tum valens Macedo multa moliebatur; cui oppositus Clares cum esset, non satis in eo præsidii putabatur. Fit Menestheus prætor, filius Iphicratis, gener Timothei, et ut ad belum proficiscatur, decernitur. Huic in consilium dantur duo usu et sapientiâ præstantes; quorum consilio uteretur, pater et socer: quod in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset, per eos amissa posse recuperari. Hi cum Samum profecti essent, et eodem Chares, adventu eorum cognito, cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur, accidit, cum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur; quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam classem suppresserunt. At ille, temerariâ usus ratione, non cessit majorum natu auctoritati: et, ut si in suâ navi esset fortuna, quò contenderat pervenit, eodemque ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem nuntium misit. Hinc malè re gestâ, compluribus amissis navibus, eodem unde eras profectus, se recepit, litterasque Athenas publicè misit: sibi proclive fuisse Samum capere, nisi a Timotheo et Iphicrate desertus esset. Ob eam rem in crimen vocabantur. Populus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentia, domum revocat: accusantur prodicionis. Hoc iudicio damnatur Timotheus, lisque ejus æstimatur centum talentis. Ille, odio ingrata civitatis coactus, Chalcidem se contulit.

*Juxta posita recens filii renovavit*, levantada la nueva estatua del hijo al lado de la del padre, refrescó, etc.

III. *Magno natu*, de avanzada edad. *Premi undique*, á ser acometidos por todas partes. *Defecerat*, se habia rebelado. *Descierat*, habia negado la obediencia. *Jam tum valens*, que ya por entonces se hallaba pujante. *Non satis in eo præsidii*, no le juzgaban con bastantes fuerzas. *In consilium*, por consejeros. *Classem suppresserunt*, echaron âncoras. *Temerariâ usus ratione*, tomando un partido temerario. *Majorum natu*, de los ancianos. *Quò contenderat*, adonde se habia propuesto. *Publicè misit*, y escribió de oficio al gobierno de Atenas. *Proclive*, cosa fácil. *Vocabantur*, eran acusados. *Acer*, violento, impetuoso. *Lisque ejus æstimatur* y lo multaron. *Chalcidem*, á Calcides (ciudad en la isla Eubea).



IV. Hujus post mortem, cum populum iudicii sui poeniteret, nullae novem partes detraxit, et decem talenta Cononem filium ejus, ad muri quamdam partem reficiendam, jussit dare: in quo fortunae varietas est animadversa. Nam quos avus Conon muros ex hostium praedâ patriae restituerat, eosdem nepos cum summâ ignominia familiae ex sua re familiari reficere coactus est. Timothei autem moderatæ sapientisque vitae cum pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti, quod ex eo facile conjici poterit quam carus suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus causam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum conveniunt, sed etiam in eis Jason tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic cum in patriâ sine satellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo praesidio venit: tantique hospitem fecit, ut mallet se capitis periculum adire, quam Timotheo de famâ dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea populi jussu bellum gessit, patriæque sanctiora jura quam hospilii esse duxit. Haec extrema fuit aetas imperatorum athenensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei: neque post illorum obitum quisquam dux in illâ urbe fuit dignus memoria.

IV. *Judicii*, de su sentencia. *Detraxit*, rebajó. *Ex sua re familiari*, de su propio caudal, á su cost. *Moderatæ, sapientisque vitæ*, de la moderacion y prudencia de su vida. *Causam diceret*, defendiéndose en juicio. *Privatique hospites*, y sus mas allegados huéspedes. *Jason*, Jason, tirano (de la Tesalia, distinto del jefe de los argonautas). *Patria*, esto es, en Faras, ciudad de la Tesalia. *Sine satellitibus*, sin estar cercado de guardias. *Sine ullo praesidio*, sin escolta alguna. *Adire periculum capitis*, exponerse á perder la vida. *De famâ dimicanti*, cuando hacia los mayores esfuerzos por poner en salvo su honor. *Deesse*, dejar de ayudar. *Hunc adversus* (anástrofe, por *adversus hunc*). *Sanctiores aetatis*, y tu-vo por mas sagrados y respetables

## T. POMPONII ATTICI VITA.

Cap. I. Pomponius Atticus, ab origine ultima stirpis romanae generatus, perpetuo a majoribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem. Patre usus est diligente, indulgente, et, ut tum erant tempora, diti, in primisque studioso litterarum. Hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas impertiri debet, filium erudit. Erat autem in puero, praeter docilitatem ingenii, summa suavitas oris ac vocis, ut non solum celeriter arriperet quae tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret. Quae ex re in pueritia nobilis inter aequales ferebatur, clariusque exsplendescbat, quam generosi condiscipuli animo aequo ferre possent. Itaque incitabat omnes studio suo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius filius, M. Cicero: quos consuetudine sua sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior.

II. Pater maturè decessit: ipse adolescentulus, propter affinitatem P. Sulpicii, qui tribunus plebis interfectus est, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia, Pom-

I. *INTERP. Patre usus est*, tuvo un padre, etc. *Et ut tum*, y para aquellos tiempos rico. *Impertiri debet*, debe emplearse. *Praeter docilitatem*, á mas de la facilidad de aprender. *Summa*, una suma dulzura en la pronunciacion. *Celeriter arriperet quae* concebía prontamente lo que se le enseñaba. *Nobilis inter aequales*, se señalaba singularmente entre sus iguales y compañeros de escuela. *Generosi*, ahidalgados, deseosos de gloria. *Clariusque exsplendescbat*, y empezó á lucir mas de lo que podían sufrir sin envidia. *Consuetudine*, con su trato civil y modesto.

II. *Maturè*, pronto, antes de tiempo, no llegó á ser viejo. *Non expers*, no estuvo exento de aquel peligro (de ser tambien muerto).

*Generatus ab ultimâ origine stirpis romanae*, descendiente de una de las casas primitivas y solariegas de Roma. Era opinion que descendia de Pomponio, hijo de Numa, segundo rey de los Romanos.

*Perpetuo*, se mantuvo toda su vida en el orden ecuestre, dignidad heredada de sus antepasados. El orden de los caballeros era el medio entre el senatorio y el plebeyo.